

cordis sui extollendo prodidit, quam abstinendo, & largiendo seruauit.

72. Propheta à Domino missus ad Ieroboamum præclara edidit miracula; nam altare lapideum verbo scidit, regis manum subito arefecit. Et statim immissa oratione, ad pristinam sanitatem reuocauit, 3. Regum 13. num. 3. Tamen paulò post à Pseudopropheta deceptus est, ob mandatum diuinum transgressum à leone in via interceptus est, ibidem num. 19. Cur tantus Prophe- ta in tantam pœnam, ac culpam incidere permis- sus est? Fortè quia interius de rege admonito, ac mirabilibus à se factis gloriabatur. D. Grego- rius lib. 13. moralium cap. vltim. Forſitan, ait, quia apud ſemetipſum tacitus, pro præceptis Domini- cis regem se contempſiſſe gloriabatur, ab inter- na mox ſoliditate quaſſatus eſt, & inde ei in opere culpa ſubrepiſſe, vnde gloria in corde ſurrexit. Et ideo omnia, quæ in diuinis mandatis exequen- dis ediderat, perdidit. Quia gloria in corde ſurrexit.

Gregor.

73. Chryſoſt.

Secundò, D. Chryſoſtomus homilia de Da- uid & Saul: Publicanus hoc tantummodo dixit, inquit, Propitiuſ eſto mihi peccatori, & deſcen- dit iuſtificatus in domum ſuam. Videt celerita- tem? Accepit probum, & abluit probum. Quot labores erant ſubeundi Publicano, ieiunando, hu- mi dormiendo, vigilando, bona ſua pauperibus elargiendo? At nunc cum nihil tale fecerit, ſim- plici verbo omnem depoſuit iniquitatem, ac pro- bra Phariſæi pepererunt illi iuſtitia coronam, idè, ſine ſudoribus, ſine laboribus, & abſque longi tem- poris mora. Gloriabatur Phariſæus in ſuis ieiun- niis, eleemoſynis, ac aliis operibus: Non ſum, ſicut ceteri homines raptores, iniuſti, adulteri; velut etiam hic Publicanus. Audit Publicanus ſe inter raptores, ac adulteros conſtitui, & tamen tantam iniuriarum grauitatem patienter ſuſtinens tantum dicebat: Deus propitiuſ eſto mihi peccato- ri. Quid inde factum eſt, vt eius oratio tanta iniuriarum tolerantia cælos penetraret, & remiſſio- nem peccatorum obrineret, ipſa iniuriarum to- lerantia ſuppleuit omnia, quæ per longa pœni- tentiæ exercitia ieiunando, corpus caſtigando, vt abſque illis optatam indulgentiam peccato- rum impetraret. Probra Phariſæi pepererunt illi iuſtitia coronam, id eſt ſine ſudoribus, ac la- boribus, & abſque longi temporis mora. Exprobra- bat Phennena Annæ ſterilitatem eius, 1. Regum 1. num. 6. Illa verò iniuriam diſſimulans orabat ad Dominum, & inde maximè meruit exaudiri. D. Chryſoſtomus homil. de proditiōne Iudæ: Cum, ait, de inimici culpa diſſimulas; de tuis deli- ctis ſolita benignitate Dominus exorat. Vide verb. Iniuria.

Patientia in iniurijs illa- tis compen- dioſa via ad ſalutem.

1. Reg. 1.

Chryſoſt.

74. Auguſt.

Tertiò, D. Auguſtinus lib. de ſancta Virginit. cap. 32. Enumerationi meritorum præfertur con- feſſio peccatorum. Et epiſtol. 58. Ille, ait, in corde contrito ſui accuſator accipitur, & obinet veniam de confeſſis. Intrauerat Phariſæus templum, mul- tæque virtutum opera proponit; ac Publicanus nullum bonum exponit, ſed tantum corde contrito peccata ſua confitetur, cuius indulgentiam deprecatur, quam benignè à Deo impetrat. Enu- merationi meritorum præfertur confeſſio peccato- rum. Quod enim integra confeſſione accuſatur, plenaria remiſſione abſoluitur, ex quo grauissi- me dixit Saluianus lib. 2. de Prouidentia: Nos hoc ſolum malis noſtris addere poſſumus, vt nos innoxios iudicemus.

Confefſio pec- catorum præ- fertur Publi- canum.

Saluian.

Quartò, D. Ambroſius lib. 2. de offic. cap. 18. Multum, ait, verecundia placet, multum conciliat gratia apud Deum. Nonne hac prætulit publi- canum, & commendauit eum, qui nec oculos aude- bat ad cælum leuare? Præfertur Publicanus Pha- riſæo, vnde ſanè? maximè ex modeltia. Nam Phariſæus, vt credere par eſt, oculos atrogan- ter erigebat ad cælos; è contra verò Publicanus ſic demiſſos habebat, vt volebat nec oculos ad cæ- lum leuare. Ex qua verecundia maximè Deo pla- cuit. Et hac prætulit Publicanum, & commenda- uit eum. Statim ſanctus Doctor expendens illud Apoſtoli Petri 1. cap. 3. num. 4. de ſpiritu mode- ſto dicentis: Qui eſt in conſpectu Dei locuples: ſic ſubdit: Diues eſt apud Deum moeſticia, apud quem nemo diues; diues eſt, quia portio Dei eſt. Ma- gna modeltiæ laus, vt ſit Dei portio, ac pars, ac ſi ipſa diuinitas ſine modeltia conſiſtere non po- ſſit, non enim vna res ſine ſua portione perſiſtere valet.

75. Ambroſ.

Verecundia maximè pla- cet.

1. Petr. 3.

76. Baſil. Sel.

Cum homo de ſe loquitur aliud eſt ab eo, quod ipſe dicit.

77. Luc. 17.

Verba diſſen- tiunt à reſ- veri tate.

Chryſoſt.



CAPVT XXXI.

Encania facta.

IOAN. 10. n. 22. Facta sunt Encania in Iero- solymis, & hyems erat. Num. 23. Et ambulabat Iesus in tem- plo in porticu Salomonis.

VERSIONES.

Syriac. Arabic. Factum est festum Encania- niorum. Marti. Factum est festum dedica- tionis templi.

Arabicum.

Arabicus. Ambulabat Iesus in porticu templi.

EXPOSITIO I.

1. Connexio textus.

OSTENDIT propositam parabolam de Phariſæo, & Publicano ſcribit D. Lucas cap. 18. num. 15. allatos ad Chriſtum infantem, vt illos tan- geret; ac etiam ibidem num. 18. narrat principem quendam deſiderantem habe- re vitam æternam, quæ etiam narrat D. Mat- thæus cap. 19. num. 13. & 17. Quia verò D. Mat- thæus citato cap. 19. num. 1. illa explicat facta, poſtquam Chriſtus venit in fines Iudææ trans Ior- danem. Et Ioannes Euangelista hoc cap. 10. num. 40. Quod poſt facta commemorata in fe- ſto Encaniorum, ait: Abierit Ieſus trans Iorda- nem in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans pri- mum. Idèd quæ Ioannes ſcribit in hac ſecunda parte cap. 10. præcedunt ea, quæ Matth. cap. 19. & Lucas in ſecunda parte cap. 18. narrant.

Matth. 19.

Ioan. 10.

2.

Facta sunt Encania. Quæ Ioannes hic narrat in hac ſecunda parte cap. 10. non ſunt conti- nuata cum his quæ ipſe refert cap. 8. 9. ac in pri- ma parte huius cap. 10. Nam illa acciderunt poſt feſtum Scenopogia, ſeu Tabernaculorum, quod celebrabatur in fine Septembris; hæc au- tem contigerunt in feſto Encaniorum, quod re- colebatur in meſe Caſſeu. Ad finem ſcilicet No- uembris, vt notarunt Toletus, Maldonatus, Cor- nelius. Facta sunt Encania; hoc eſt feſtum Dedi- cationis, ſeu renoationis templi. Encania no- men eſt Græcum, & idem valet, ac apud Latinos renoatio, ſeu innoatio; dicuntur Encania in plurali, vt notat Cathoſianus, quia hoc feſtum à die ſcilicet vigefima quinta Nouembris vſque ad diem tertium Decembris. Et hyems erat. Iam enim initium hyemis vigeat.

Tolet. Maldon. Cornel.

Carthuf.

3.

Ambulabat Ieſus. Vt paratum ſe exhiberet ad docendum, ac beneficiandum. In templo. In parte ſcilicet templi anteriore, ubi dabatur in- greſſus Iſraeliticis; & ambulare communis con- ſuetudo permittebat. In porticu Salomonis. Ante templum erat atrium bipartitum: primum & interius erat ſacerdotum, in quo ſacerdotes offe- rebant victimas in altari holocauſtorum. Secun- dum atrium, & exterius, contiguum erat atrio interiori ſacerdotum, vocabaturque atrium lai- corum, & quamuis eſſet ſub aère, ac dio conſti- tutum, tamen à latere cingebatur porticu, ſeu lo- co operto, ac idoneo, vt ad illum populus tem- pore pluiæ, venti, grandinis ſe ſe reciperet; vt patet 3. Regum 6. num. 3. Hoc ergo atrium vo- cabatur porticum Salomonis, ſatis latè docent Fran- ciſcus Riberia lib. 1. de templo, cap. 16. Barradas tom. 3. lib. 4. cap. 16. In hoc ergo atrio laicorum ambulabat Ieſus; nam quamuis ipſe eſſet ſum- mus Sacerdos ſecundum ordinem Melchizedech, communi tamen populû opinioni condeſcen- dens, vt ſcandalum vitaret, in hoc atrio ambu- labat, ac debebat: In porticu Salomonis, ſic dicta porticus illa, quia in reædificatione templi extructa fuit ad illum modum, & for- mam, quo à Salomone ædificata eſt.

3. Reg. 6.

Riberia. Barrad.

\* \* \*

Sylueira in Euang. Tom. IV.

QVÆSTIO I.

Quare tam accuratè Ioannes facit mentio- nem feſti Encaniorum, ſeu memoria Dedicationis Templi?

ENCANIOS, vt iam dixi in expoſitione, nomen eſt Græcum, & idem eſt; ac apud Latinos renoare, ſeu initiare; hæc autem ſolemnitas fiebat in memoriâ renoationis, ſeu dedica- tionis Templi. Templum autem tripliciter dedi- catum legitur. Primò à Salomone, 3. Regum 8. Secundò poſt rēditum à captiuitate Babylonica, vt patet ex lib. 1. Eſdræ cap. 6. & 8. fuerat enim à Chaldæis deſtructum. Tertio renoatum eſt à Iu- da Machabæo, vt conſtat ex 1. Machabæorum, cap. 14. & ex lib. 2. cap. 10. Templum enim profanatum, & ex magna parte dirutum eſt ab An- tiocho Epiphane; à Machabæis autem rurfus con- ſecratum, innoatum, ac dedicatum eſt.

4.

Triplex tem- pli dedicatio. 3. Reg. 8.

1. Eſdræ 6.

1. Machab. 1.

De qua dedicatione hic fit fermo, dubitatur. D. Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, Caietanus, Abulenſ. Leuitic. 23. de inſtauratione facta à Zorobabel poſt captiuitatem Babylo- nicam ſermonem hic interpretantur; comman- tis tamen ſententia eſt hodie, quam tradunt Beda, Haymon, Ericus, Alcuinus, Rupertus, D. Thomas, Gloſſa Ordinaria, Hugo, Ianſenus, Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenſ. Cornelius, & alij; qui omnes docent hic eſſe ſermonem de Encaniis, ſeu renoatione, ſeu dedicatione Templi, ſeu al- taris à Iuda Machabæo renoati. Fundamentum eſt, quia in nullo Scripturæ loco datur præcep- tum celebrandi dedicationem primi templi Sa- lomonicæ, aut ſecundi templi ædificati poſt exi- lium Babylonicum. At apud Iſraelitas erat con- ſtitutum præceptum, vt ageretur feſtum dedi- cationis altaris, ſeu Encaniorum per dies octo ſe- quentes pro dedicatione facta à Machabæis, 1. Machabæorum cap. 4. num. 59. Statuit Iudas, & fratres eius, & vniuerſa Eccleſia Iſrael, vt ageretur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo à quinta, & vigefima die menſis Caſſeu, cum læticia, & gaudio. Et idem habe- tur 2. Machabæorum cap. 10. num. 6. Memis Caſ- ſeu, id eſt Nouembris, ſeu vt alij volunt Decem- bris; Caſſeu enim incidebat partim in Nouem- bro, partim in Decembro.

5. Chryſoſt. Euthym. Caietan. Abulenſ. Beda.

Haymon. Ericus. Alcuin. Rupert. D. Thom. Gloſſa. Hugo. Ianſen. Malden. Barrad. Burgenſ. Cornel.

1. Mach. 4.

Ad noſtram quæſtionem reſpondet primò D. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. in Ioannem, cap. 9. Iudei, ait, obdurati magis eum captiombus ſuis ten- tate, quam illi obedire volebant. Vnde ipſi nouas fraudes, & inſidias moluntur, eo potiſſimum tempo- re quo diuinis officiis magis intenti eſſe deberent, ſci- licet die Encaniorum. Deſcribitur feſtiuitas dedi- cationis templi, eiuſque ſolemnitas, vt maxima malitia, ac nequitia Iudæorum denotetur, quæ in ipſo die feſtiuitatis, in quo potiſſimum debebat bonis operibus vacare, à ſua tamen peruerſitate non deſtitit, ſed operi prauo, ac iniquo inſtat vol- lens capere Ieſum, à quo tanta beneficia in omnes diſſundebantur.

6. Cyrill.

Magna in- quitas diebus feſtis operi malo incumbere.

Secundò, Theophylactus: Alij dicunt: Euangeliſtam dicere Encania conſtructi templi poſt capti- uitatem. Non celebratur prima templi ædificatio, ſed illius inſtauratio, ac renoatio poſt captiuitate- tem, vt vult Theophylactus, quia poſt diuturnum laborem alicuius rei inuentio, ac reſtauratio gra- tior,

7. Theophyl. Reſtauratio in maiori æſtimatione, quam poſſeſ- ſio.

tior, ac præiucundior, quam illius prima acquisitio, & possessio.

8. Nazianz.

Tertio. D. Gregorius Nazianzenus orat. in Dominicam nonam, qui postquam docet quomodo renouanda sit anima, ait: Hoc quidem assequeris, si vel cum in peccatum laboras, ad bonam frugem redeas; vel cum egregie, atque ex præscripto vitam instituis, cursum adurgeas. Commemoratur festum Encaniorum, seu renouationis templi, quia maximè curare debemus, vt renouetur templum animæ nostræ. Nam si homo in peccatum lapsus est, maximè debet per pœnitentiam se renouare, ac mundare, vt suam pristinam munditiam, ac pulchritudinem acquirat, ac recuperet.

Peccator per pœnitentiam renouetur.

Apoc. 2.

Sic dicitur Episcopo Pergami: Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, Apocal. 2. num. 5. Cum exhortatur ad pœnitentiam, ei obicitur, vt memoria teneat, vnde exciderit, vt per pœnitentiam sic renouetur, vt ad illum pristinum gradum redeat. D. Laurentius Nouat. homil. de elemosyn. Ad te loquitur, ait, qui criminibus vinceris, plora compunctus, vt possis recipere speciem cordis, & pulchritudinem corporis. Vide in Indice verb. Pœnitentia.

Laur. Nouat.

Vel cum egregie, atque ex præscripto vitam instituis, cursum adurgeas: festum renouationis agat homo in anima sua, vt semper vel progrediatur de virtute in virtutem, vel ita se intendat renouare, vt instanter cogitet homo se incepisse, ac quamuis valde consummatus in via virtutis sit; semper tamen se cogitet incepisse, vt ad maiora se extendat. In exordio mundi. Cum dies creationis mundi describit Moyses, ait: Factum est vespere, & mane dies vnus, Genes. 1. num. 5. Matutinum tempus vespertinum antecedit; videtur ergo, quod debebat dicere: Factum est mane, & vespere; cur ergo matutinum tempus prius non appositum? Stephanus Cantuariens. apud Gotfredum in allegor. Tilman. Bene post vespere, ait, sequitur mane, quia vespere significat perfectionem operis; mane autem inchoationem. Per vespere denatur perfectio, ac consummatio operis, per mane inchoatione, vespere ponitur prius, deinde mane, quia quamuis quisque sit in vltima virtutis perfectione, tamen sic se habeat, ac si tunc inchoasset, & incepisset, vt magis ac magis se perficiat, & renouare intendat. D. Leo ferm. de ieiunio: Quantumlibet, ait, quisque iustificatus sit, habet tamen dum in hac vita est, quo probatur, & perfectior esse possit.

9.

Cum filij Israel exissent de Ægypto, statim per medium sicci maris rubri transierunt. Ingressi sunt filij Israel, per medium sicci maris, Exod. 14. num. 22. Post verò spatium quadraginta annorum cum iam appropinquarent ad terram promissionis, diuisis aquis Iordanis transeunt. Omnis populus per arenam alueum transibat, Iosue 3. num. 17. Quorsum cum primum exeunt de Ægypto, per diuisas aquas transeunt, & hoc ipsum eis contigit, cum iam ad terram fluentem lac, & mel deueniunt; satis notum est Isaacitarum peregrinationem in Eremo recedentium ex Ægypto allegoricè adumbrare quamcumque sæculi fugam, & recessum ad viam perfectionis, & virtutis. Ideò id ipsum reperit Israelitæ Iordanem transituri ad terram promissionis, quod initio discessus illis contigit, vt scilicet per media aquarum incolentes transcurrant. Quamuis enim quisquis se existimet per medium aquarum huius sæculi se iam transisse, ac ad metam

Genes. 1.

Sic homo intendat perfectionem in via virtutis, ac si modo incepisset.

Respondet primò Theophylactus: Nunc frequentius, ait, versatur in Iudæa, quia passio in foribus erat. Hyems enim instabat, postquam hyemem in primo mense veris passus est Dominus: ostendens, quod prope sit tempus passionis: propterea versatur in Hierosolymis. Quod etiam docet Diuus Chrysostomus, ex quo conice quanta passionis flamma Christus tenebatur, vt nec frigus, nec iniuriola hyemis intemperies, ab itinere ineundo eum deterreret, quin potius impelleret Christum, vt Ierolimam adeat, cum iam tempus suæ passionis, ac mortis esset vicinum, vt ipse affectuose, ac dulciter delectaretur, visitando loca illa, in quibus eius passio futura erat referuata; vel habuit se Dominus tanquam strenuus amator, qui nec ab argenti temporis in clementia, nec à rigida turbini minantis densitate impediri valet, sed præ sui desiderij flamma, omnia vincit, ac contemnit, vt opera sui amoris præterat, ac exhibeat. Vide multa in Indice, verb. Amor Christi.

10.

Exod. 14.

Iosue 3.

Secundò, D. Gregorius lib. 2. moralium cap. 2. Idcirco hyems tempus Ioannes curauit exprimere, vt in esse auditorum cordibus, malitia frigus indicaret. Glossa Ordinaria ita habet: Commemoratur hyems, vt significet Iudæos frigidus. Euthymius, Beda, hyemem infidelitatem Iudæorum denotari contendunt; hyems ergo significabat corda frigida Iudæorum, quæ ab igne fidei, ac charitatis omnino recesserant. Pergit citatus Gregorius ponderans, quod de Petro negaturo Dominum dicitur, quod ipse, & Ministri Pontificis stabant calefacientes se ad prunas, quia frigus erat, Ioan. 18. num. 18. sic ait, quod de negaturo Petro præmittitur. Quia frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se. Iam namque intus à charitatis calore torpuerat. Et D. Ambrosius in cap. 22. Luc. sic ait; Frigus erat, ubi Iesus non agnoscebatur; ubi non erat, qui lucem videret; ubi negabatur ignis consumens: frigus ergo erat mentis, non corporis. Sic etiam de frigore in tempore Dominicæ Passionis explicat Eusebius Cæsariens. lib. 10. de præparat. Euan-gel. illud Zachar. 14. num. 6. In die illa non erit lux, sed frigus, & gelu. Sic ait ille: Cum Iudæi recessissent à luce, & eos obscura nox occupasset; eo quod illuminatio Euangelica radios suos in corde ipsorum non immitteret; refrigerata ipsorum erga Deum charitate.

Tertio. Innuit D. Cyrillus, quod cum dicitur hyems erat, innuitur causa, quare Iesus in porticu ambulauerit, quia cum esset hyems tempus frigidum, vel pluuium, Iesus non in atrio, quod erat sub dio, sed in porticu supernè tecta ambulabat, vt ab aëris iniurijs se se defenderet, & ideò multi dicunt, quod ambulabat, quia hyems erat forte vt frigus motu pelleret; motus enim, vt aiunt, est causa caloris. Poterat Dominus superna sua virtute, ac miraculo se ab incommoditatibus temporum frigoris, pluuiæ, ac ventorum se se defendere, tamen hac sua diuina potestate non vitur, sed media communia, ac vltata interponit, vt ex hoc instrumatur, vt illud, quod naturali industria vinci potest, non est expectandum miraculo vinci.

In fine perfectionis habeat se homo, ut in exordio.

perfectio, & cælestis patria iam appropinquasse, ita tamen se debet gerere, ac renouare, ac si tunc incepisset huius sæculi aquas transuadere, tam solite homo in fine vitæ fugacis sæculi aquis debet terram conculcare, ac si esset in exordio, & initio sui cursus.

QVÆSTIO II.

Quare Euangelista exprimit, quod tempus hyemale erat?

**L**X ipsa festiuitate Encaniorum aperte notum est, quod illud tempus esset hyemale. Nam illa solemnitas celebrabatur mense Casleu, v. g. Decembri; cur ergo Euangelista tam accuratè notat, quod hyems erat?

Respondet primò Theophylactus: Nunc frequentius, ait, versatur in Iudæa, quia passio in foribus erat. Hyems enim instabat, postquam hyemem in primo mense veris passus est Dominus: ostendens, quod prope sit tempus passionis: propterea versatur in Hierosolymis. Quod etiam docet Diuus Chrysostomus, ex quo conice quanta passionis flamma Christus tenebatur, vt nec frigus, nec iniuriola hyemis intemperies, ab itinere ineundo eum deterreret, quin potius impelleret Christum, vt Ierolimam adeat, cum iam tempus suæ passionis, ac mortis esset vicinum, vt ipse affectuose, ac dulciter delectaretur, visitando loca illa, in quibus eius passio futura erat referuata; vel habuit se Dominus tanquam strenuus amator, qui nec ab argenti temporis in clementia, nec à rigida turbini minantis densitate impediri valet, sed præ sui desiderij flamma, omnia vincit, ac contemnit, vt opera sui amoris præterat, ac exhibeat. Vide multa in Indice, verb. Amor Christi.

Secundò, D. Gregorius lib. 2. moralium cap. 2. Idcirco hyems tempus Ioannes curauit exprimere, vt in esse auditorum cordibus, malitia frigus indicaret. Glossa Ordinaria ita habet: Commemoratur hyems, vt significet Iudæos frigidus. Euthymius, Beda, hyemem infidelitatem Iudæorum denotari contendunt; hyems ergo significabat corda frigida Iudæorum, quæ ab igne fidei, ac charitatis omnino recesserant. Pergit citatus Gregorius ponderans, quod de Petro negaturo Dominum dicitur, quod ipse, & Ministri Pontificis stabant calefacientes se ad prunas, quia frigus erat, Ioan. 18. num. 18. sic ait, quod de negaturo Petro præmittitur. Quia frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se. Iam namque intus à charitatis calore torpuerat. Et D. Ambrosius in cap. 22. Luc. sic ait; Frigus erat, ubi Iesus non agnoscebatur; ubi non erat, qui lucem videret; ubi negabatur ignis consumens: frigus ergo erat mentis, non corporis. Sic etiam de frigore in tempore Dominicæ Passionis explicat Eusebius Cæsariens. lib. 10. de præparat. Euan-gel. illud Zachar. 14. num. 6. In die illa non erit lux, sed frigus, & gelu. Sic ait ille: Cum Iudæi recessissent à luce, & eos obscura nox occupasset; eo quod illuminatio Euangelica radios suos in corde ipsorum non immitteret; refrigerata ipsorum erga Deum charitate.

Tertio. Innuit D. Cyrillus, quod cum dicitur hyems erat, innuitur causa, quare Iesus in porticu

Non quærenda miracula, ubi humana industria valet esse negotiaris.

15.

3. Reg. 1.

2. Reg. 7.

Dei decreti per media vltata sine miraculis adimpletur.

Abulens.

16.

Luc. 2.

Cum iam Dauid proximus esset morti, tumultantibus amicis Adonias rex acclamatur, quod cum agnouisset Nathan Propheta Bethsabee excitat, vt pro filio Salomone Dauidem Regem deprecaretur. Inquiens Nathan illi: Num audisti, quod regnauerit Adonias filius Haggith, & Dominus nosster Dauid hoc ignoret? Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, filij tui Salomonis: vade, & ingredere ad Regem Dauid, 3. Regum cap. 1. num. 11. Nathan est idem Vates, qui missus à Domino Dauidi prædixit post mortem eius Salomonem regnaturum, sic enim ei dixit: Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te; quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, 2. Regum 7. num. 12. Propheta certus erat diuino eloquio; quorsum ergo Adoniam timet? Quis enim Dei consilium infirmare poterit? Optimè nouerat Propheta à Deo esse statutum, vt post Dauidis obitum regale solium Salomon occuparet: sciebat enim diuinæ gubernationis suae robur, humana diligentia industriam non spernere; Deus conferre volebat regni gubernacula Salomoni, sine miraculis tamen, cum per vltata media diuinæ prouidentia scopus ille assequi valeret; disponitur vt Bethsabee regem supplicans ingrediatur, dolens pro filio suo, vt regi coronam illi impetret, sicque hoc facili modo Dei verbum adimpleatur, vt nec vnum iota ab illo prætereat. Abulens. ad lib. 3. Regum cap. 1. quæst. 29. Dicendum, ait, quod Nathan non timebat Salomonem periturum, nec priuandum regno: incitauit tamen Bethsabee ad procurandum pro eo: quia licet Deus aliquid desinat firmiter euenturum: vult illud interdum per homines procurari laboribus, & orationibus suis.

Nato Christo ad factum præsepe veniunt festinantes Pastores, Magisque etiam longa peregrinatione ex Chaldæa; at vt natus Dominus sancto Simeoni manifestetur, venit ipse cum Matre in Hierosolimam ad templum; cur ipse Simeon non venit etiam in Bethleem, vt primus omnium, natum Saluatorem videat, ac adoret? Ipse enim: Responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini, Luc. 2. num. 26. Quorsum ergo sanctus senex per quadraginta dies detinetur, absque eo quod optatissima Christi præsentia fruatur, simulque tot interponuntur moræ, vt Dei promissio adimpleatur? Pastores viribus præstabant, ac in vicino erant, vt facile ad sanctum Domini præsepe accederent. Perferam etiam Dynastæ, quam maximè distarent ab incubulis Saluatoris, cum essent potentes potuerunt exiguo dispendio camelorum dorso sub-

Ysueira in Euang. Tom. IV.

uectari in Bethleem; at Simeon utpote multa ætate fessus, non poterat extra Hierosolimam ferri, nisi valde ægrè, magnaque difficultate. Disponit ergo ipse, vt sanctissima Mater purificanda vadat in templum, vt tunc ipse Religiosissimo seni occurrat, quo absque extraordinario modo, communi via diuinum promissum adimpleatur, & iustus Simeon desiderata Domini præsentia delectetur. Galfridus in Tilman. Catena in illud cap. 2. Luc. Nunc dimittis seruum tuum, &c. Sic ait: Venerant prius pastores ad Dominum, venerant & Syderum contemplatores: Simeon forsitan venire non poterat: ipse ad eum venire dignatus est, & præuenire eum in benedictione dulcedinis. Vide tom. 2. cap. 7. quæst. 5. num. 38. 39. & 40. & tom. 3. cap. 9. quæst. 4. num. 20.

Non extrordinarios modos, sed communem viam Deum eligit. Galfrid.

QVÆSTIO III.

Quare porticus ille Salomonis dicebatur?

**Q**VAMVIS templum renouatum, ac reedificatum fuisset à Machabæis, vt dixi quæst. 1. Porticus tamen illa semper à Salomone nomen retinuit. Primò, vt voluit Vilalpandus, Maldonatus, quia cum Salomon ædificaret templum ad partem Orientalem, complanauit montis cliuium, vbi hæc porticus extructa est. Secundò, vt vult Baronius templo combusto à Chaldæis porticus illa à Salomone ædificata superstes mansit. Tertio, D. Thomas porticus illa sic dicta est, quia extructa exitit ad modum, & formam, quo ædificata fuerat à Salomone.

17. Vilalpand. Maldon. Baron. D. Thom.

Quartò. D. Cyrillus lib. 7. in Ioannem, cap. 9. Porticus Salomonis dicitur, ubi rex ille potentissimus, & sapientissimus ad orandum stare consueverat, & ideo ex eius nomine cognominabatur. Sic & docent Beda, Ericus, D. Bonauentura, & alij. Orabat Salomon in illa porticu, inde magis illa porticus Salomoni appropriabatur, vt de eius nomine diceretur, quasi porticus illa esset eius propria possessio, nulla res à nobis magis possidetur, quàm illa, in qua Deo obsequium præstamus, ac si ipsum obsequium sit ratio, ac ius possidendi.

18. Cyroll. B. da. Ericus. Bouauent. Quod Deo damus in obsequium nostrum possidetur.

Habuit Eua duos filios Caimum, & Abelem. Cum parit Caimum, ait: Possedi hominem per Deum, Genes. 4. num. 1. Rursum parit & Abel, nullum elogium in eius dicit Natiuitate. Cur Caimum possessum dicit per Deum, non verò Abelem? Cur Caimum magis à se dicit possessum, quàm Abelem sanctum, & purum? Abel totus consecratus, ac dedicatus est Deo, eiusque obsequio. Nullus autem filius, tam intimè, ac stricte à parentibus possidetur, vt ille qui totus Deo emancipatur. Cum ergo esset Deo consecratus, tam evidens exinde erat, quod à suis parentibus esset possessus, vt minimè esset necessarium voce, ac sermone hoc dici, & publicari. Vide supra cap. 23. quæst. 2. num. 12.

19. Genes. 4. Filia Dei dicitur suorum parentum possessio.

\*\*\*